

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiae & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 2. Quænam sunt opera, quibus satisfacere Deo possumus pro peccatis,  
quæque Confessor in pœnitentiam peccatorum imponere debet?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

## CAPUT VII.

*De Satisfactione.*

*Quæst. 1.* **Q**UID est Satisfactione Sacra-  
mentalís?

*Resp.* Ut colligitur ex Catechismo Concilii Tridentini de Sacramento Pœnitentiæ his verbis Número 88. bis : *Illa tantum Satisfactione Sacramenti pars censenda est, quam diximus ex præcepto Sacerdotis Deo pro peccatis dependi, hoc adjuncto, ut statutum cum animo, & deliberatum habeamus, peccata in posterum omni studio vitare.*

*Quocirca, ait S. Anselmus : Hoc quoque Lib. I. Cur » attendendum est, quod cum aliquis quod in-  
Deus homo. » justè abstulit, solvit; hoc debet dare, quod  
sap. II. » ab illo non posset exigi si alienum non rapuis-  
set. Sic ergo debet omnis qui peccat, hono-  
rem quem rapit Deo solvere. Et haec est Satis-  
factione, quam omnis peccator debet Deo  
facere.*

*Quoniam autem debitus honor Deo reddi non potest nisi quis peccata omnino vitare instituat, S. Augustinus relatus in Canone, ait: Can. Satis- factio. De Pœ- factio. excidere, nec earum suggestionibus aditum mit. dist. 3. indulgere.*

*Quæst. 2. Quænam sunt opera, quibus sa- tisfacere Deo possumus pro peccatis, quæque Confessor in pœnitentiam peccatorum impo- nere debet?*

*Resp. Ea ad tria præcipua reducuntur, ut in Concilio Florentino tradidit Eugenius Papa in Decreto unionis his verbis : Tertia pars Pœnitentia est Satisfactione pro peccatis secun-*

dum arbitrium & acerdotis : qua quidem præcipue fit per orationem , jejuniū , & eleemosynam.

Cujus rationem affect Divus Thomas , dum ait : *Dicendum quod Satisfactionio debet esse talis per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem Dei. Nos autem non habemus nisi tria bona ; scilicet bona animæ , bona corporis , & fortunæ , scilicet exteriora ; ex bonis quidem fortunæ subtrahimus aliquid nobis per eleemosynam ; sed ex bonis corporalibus per jejuniū ; ex bonis autem animæ non oportet quod aliquid subtrahamus à nobis quattuor ad diminutionem ipsorum , quia per ea efficiuntur Deo accepti ; sed per hoc quod ea submittimus Deo totaliter , & hoc fit per orationem.*

“ S. Tho. in  
“ 4. sentent.  
“ dist. 15. q.  
“ 1. art. 4.  
“ quæst. 3. in  
“ corp.

Competit etiam iste numerus ex parte illa , quia satisfactionio peccatorum causas excidit ; quia radices peccatorum tres ponuntur , pri mæ Joannis 2. *Concupiscentia carnis , concupiscentia oculorum , & superbæ vita.* Et contra concupiscentiam carnis ordinatur jejuniū : contra concupiscentiam oculorum , eleemosyna ; contra superbiam vitæ , oratio , ut Augustinus dicit super Matth. Competit etiam quantum ad hoc quod satisfactionis est , peccatorum suggestionibus aditum non indulgere , quia omne peccatum vel in Deum committitur ; & contra hoc ordinatur oratio , vel in proximum , & contra hoc eleemosyna ; vel in nos ipsos , & contra hoc ordinatur jejuniū.

Quæst. 3. Satisfactionio est-ne necessaria ad validitatem Sacramenti Pœnitentiae ?

Resp. Docet Concilium Tridentinum intentionem satisfaciendi Deo pro peccatis , quantum per ejus gratiam possumus , omnino ne-

D vij